

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In iuentam. Emblema C.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

In iuuentam.

EMBLEMA C.



NATVS uterq; Iouis, tener atq; imberbis uterque,
Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
Salutis, aeterna simul & florete iuuenta,
Numine sū vestro que diurna mibi.
Tu vino curas, tu viatu dilue morbos,
Ut lento accedat curua senecta pede.

COMMENTARI.

I. Neadem ara statuuntur Bacchus & Apollio: ille quidem nudus, hedera restringitus, altera manu pateram, altera racemum gerens, cuius statuam alias descripsimus. Hic vero capite radiato, altera manu citharam, altera bacillum, quo Medicina pharmaca miscent, tenens.

II. PRACTICATVR longam iuuentutis vivitudinem ab ijs Dijs, qui nunquam senescunt, Apolline feliciter & Baccho, qui sem-

per pingunt florente iuuenta. Desumptum est autem ex Callimacho, vt resert interpres Lycophronis. Colebatur enim Delphis Dionylius cum Apolline. Fuisse autem veteribus morem diuersos Deos eadem ara statuendi, satis, vt puto, manifestauimus supra Emblem. 23.

NATVS uterq; Iouis] Poetas quos impensè laudant, à Dijs gentes dicunt. Nempe & principes viros ac illustres pro Dijs habuit

III.

Emblemata:

419

habuit paganica secta, que quidquid admittaret, aut magnum praedicaret, Deum dicebat. Multus est in ea materia exaggerada Lactantius, eloquens vir, sanctus Christianus, acutior Arnobius, pergrauis Augustinus libris prioribus de ciuitate Dei, exatus Iustinus Martyr, alioque plures. Ex Flodoardo poeta vetere hic celebrantur numeri: Si Apollo, deinde Liber, sic videtur ignifer,

Comparatio Bacchi & A- Ambo sunt flammis creati, profatique ex ignibus;

Ambo de comis calorem, & ambo radios pollinis.

Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras per Horis.

Tener atq[ue] imberbis vterq[ue],] Sic Tibulus eleg. 4. lib. 1.

Solis eterna est l'baeo Bacchoq[ue] iuuentus,

Nam decet intosus crinis vitrumq[ue] Deu.

De Baccho, & Apolline plura habes apud Gyraldum in Histor. Deor. Syntag. 7. & 8.

Quem Latona tulit?] Apollo Louis filius, ex Latona in Delo intula uno partu editus cum Diana, medicinæ usum primus tradidit. Ouid. 1. Metamorph.

Quem tulit & Semel?] Bacchus ex Semele. Louis filius, ut abunde supra in statuam Bacchi explicimus, Emblem. 2. f.

Saluete &c.] vt illud Homer. Iliade ω. Χαρπετε κυρους Διος αγγελοι, ηδε ηδε ανδρων

Hac verborum formula solemnis fuit in hymnotum epilogis.

Numine sit vestro] vestro beneficio.

Tu vino curas] Diluere vino curas, id est, auferre, tollere, usta zapora. Ouid. 1. Art.

Cura fugit multo diluiturq[ue] mero.

Horatius: Curas edaces dissipat Eubius, & Tibullus 1. Eleg.

Bacchus & agricola magno confecta labore Pectora, tristitia diffundenda dedit.

Tu vici dilue morbos] aufer corporis agititudines certa vicitus ratione.

Vi lenio accedat &c.] αλληλοπαθεια περιφερικη.

I. V.
Duo ad valetudinem conseruentia.

DVO sunt, quæ ut corpus bene constitutum, sanum, & incolument conseruant, sic & animum ipsum curis expedient, nimirum certa vicitus ratio, vinumq[ue] moderatè sumptum; ut contra crapula & vinolentia, ut etiam curæ edaces naturam hominis labefactant & corrumpunt, ipsamq[ue] sene-

ctutem accelerant. Hic itaq[ue] descriptos vi- **Apollo & Bacchus**
deas Apollinem & Bacchum: illum quidē Bacchus medicinæ principes, qui salubri dieta pre- sunti, cipiat quid quantumq[ue] sit in victu sequē quid.

dum vel fugiendum: hunc verò, qui vino sollicitudines adimat, Matil. Ficinus lib.

De vita coelitus comparanda, duos hostes Deos sic copulat: Frates certè sunt indi- uiduiq[ue] comites Phœbus atq[ue] Bacchus: il-

le quidem nobis duo potissimum adfere.

lumen videlicet atq[ue] lyram: hic item pe- cipue duo, vinum odoremque vini ad spi-

ritum recreandum, quorum usu quotidiana-

no spiritus ipse tandem Phœbus euadit & liber.

Philosophorum est etiam ea sententia, sed tria tamen esse ad vitam longam,

adeoque valeudinem turandom uocula-

ria constituant. Prima est frugalitas, tem-

perantia, sobrietas (quam modò dicatur appellabamus) eam enim esse matrem sa-

nitatis assecuerant artis medicæ professores: eam virtutum omnium domicilium

prædicant philosophi omnes; vicitus enim

tenuis hoc efficit, ut in primis valeas bene, ait Flaccus 2. Satyr. Prudenter itaq[ue]horta-

batur Plutarchus iuuenes ut hæc tria cura-

rent habere, in animo temperantiam, in

lingua silentium, in ore pudorem. Secun-

dò labor & exercitatio corporis moderata,

ocium enim vires eneruat, ut rubigine fer-

rum exuditur. Bene Ouidius:

Cernis ut ignavum corrūpant ocia corpus;

Et vixim capiunt, ni mouantur, aquæ.

Vtēdum exercentibus modicis, inquit, Cato apud M. Tull. tantumque cibi & po-

tionis vtendum, ut reficiantur vires, non

opprimantur. Hac super te consule omni-

no Gymnastico Hieronymi Mercurialis.

Tertiò voluptas animi honesta & oblecta-

tio: cor enim, in quo est calor vitalis, facile

molestijs attenuatur, ut contra exhilaratur

laetitia, viresq[ue] sumit. Qua ratione Arist. 4.

de morib. ad Nicomach. risum & iocu[m] ait

ad vitam degendam esse necessarium. De-

mocritus vitam beatam in vita tranquilli-

tate posuit, & risu[m] letitiaeque operam da-

bat. Legimus & sapientissimum latorem le-

gum Lycurgum, τω γιατι, id est, qui

statuam erexisse, coquæ Lacedæmonios ad

risum & letitiam inuitasse, Plutarch. in Ly-

curo. Quare

Interpone tuis interdum gaudia curis.